# CLAVDII CLAVDIANI CARMINA

EDIDIT

JOHN BARRIE HALL

LEIPZIG

BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1985

# INDEX SIGLORVM

In diuersis carminum traditionibus adhibentur primo loco sequentes libri:

## (i) PANEGYRICVS DICTVS OLYBRIO ET PROBINO CONSVLIBVS (1)

| | | |
|---|---|---|
| $J_6$ | Leidensis 116, s. xiii | |
| Z | Parmensis 2504, s. xii | Ser. I |
| $z_1$ | Turicensis 134, s. xiii | |
| $\theta$ | Atrebatensis 438, s. xii/xiii | Ser. III |
| $A_2$ | Antuerpiensis M 17. 1, s. xiv | |
| F | Laurentianus Acq. e Doni 672, s. xii/xiii | |
| $F_3$ | Laurentianus 33. 4, s. xiii | |
| $F_{17}$ | Florentinus VII. 144, s. xiii | |
| $F_{22}$ | Laurentianus 245, s. xiv | Ser. VI |
| $J_3$ | Leidensis 294, s. xiii | |
| $n_1$ | Neapolitanus IV. E. 47, s. xii/xiii | |
| q | Cambrensis 21589 C, s. xii/xiii | |

huius carminis uu. 201–204 tantum ex edd. Isengriniana et Claueriana proferuntur.

## (ii) CARMINA MAIORA ET PVBLICA (2-28)

| | | |
|---|---|---|
| Γ | Bruxellensis 5381, ca. 1050 (tantum in carminibus 2–5, 15, 18–20, 25–26) | |
| g | Cracouiensis 71, s. xii | |
| $K_6$ | Ambrosianus M 9 sup., s. xiii (tantum in carminibus 6–8) | |
| $P_2$ | Parisinus 8082, s. xiii | Ser. I |
| Z | Parmensis 2504, s. xii (tantum in carmine 28) | |
| L | Londiniensis Burney 167, s. xiii | |
| $F_2$ | Laurentianus 250, s. xii/xiii | Ser. II |
| P | Parisinus 18552, s. xii/xiii | Ser. III |
| R | Vaticanus 2809, s. xii (praeterquam in carminibus 6–8, 25–26) | |
| $W_1$ | Guelferbytanus Gud. 220, s. xiii | Ser. IV |
| F | Laurentianus Acq. e Doni 672, s. xii/xiii (praeterquam 26 vv. 312–fin., 27–28) | Ser. V |
| $F_{17}$ | Florentinus VII. 144, s. xiii (praeterquam in carminibus 2–5, 15, 18–20) | |
| $J_3$ | Leidensis 294, s. xiii | Ser. VI |
| $n_1$ | Neapolitanus IV. E. 47, s. xii/xiii | |





## (iii) DE RAPTV PROSERPINAE

| | | |
|---|---|---|
| $A_1$ | Antuerpiensis M 85, s. xiv | |
| $F_1$ | Laurentianus 24. 12, s. xii | |
| $J_3$ | Leidensis 294, s. xiii | Class. α |
| $L_{10}$ | Oxon. Bodl. lat. class. c. 12, s. xiii/xiv | |
| $P_5$ | Parisinus 15005, s. xiii/xiv | |
| $C_1$ | Cantabrigiensis Corp. Chr. 228, s. xiii | |
| $F_2$ | Laurentianus 250, s. xii/xiii | |
| $F_3$ | Laurentianus 33. 4, s. xiii | Class. β |
| g | Cracouiensis 71, s. xii | |
| $L_1$ | Londiniensis Egerton 2627, s. xii | |
| $J_2$ | Leidensis 395, s. xiii | |
| $J_4$ | Leidensis B. P. L. 105 A, s. xiv | |
| $L_2$ | Londiniensis Add. 21213, s. xiii | Class. γ |
| $L_3$ | Londiniensis Add. 6042, s. xiii | |
| Z | Parmensis 2504, s. xii | |

quos uersus quis liber omiserit praebeat, uno quoque apparatus critici loco ostenditur.

## (iv) CARMINA MINORA VEL POTIVS MISCELLANEA

| | | |
|---|---|---|
| *Flor* | Laurentianus 33. 9, s. xv | Ser. A |
| C | Cantabrigiensis Trin. 0. 3. 22, s. xii | |
| g | Cracouiensis 71, s. xii | |
| $J_3$ | Leidensis 294, s. xiii | Ser. B |
| $L_1$ | Londiniensis Egerton 2627, s. xii | |
| $O_3$ | Oxoniensis Bodl. auct. F. 2. 16 (pars altera), s. xii/xiii | |
| $F_2$ | Laurentianus 250, s. xii/xiii | |
| P | Parisinus 18552, s. xii/xiii | Ser. C |
| $W_1$ | Guelferbytanus Gud. 220, s. xiii | |
| Δ | Veronensis 163, s. viii | Ser. D |
| R | Vaticanus 2809, s. xii | Ser. E |
| $R_{36}$ | Vaticanus Reg. 123, a. 1056 (non nisi in carm. 28) | |
| $S_1$ | Sangallensis 273, s. ix (non nisi in carm. 53) | |

## (v) CARMINVM VEL SPVRIORVM VEL SVSPECTORVM APPENDIX

| | |
|---|---|
| Δ | Veronensis 163, s. viii (tantum in carminibus 1, 2) |
| R | Vaticanus 2809, s. xii (tantum in 3a–10) |
| $K_6$ | Ambrosianus M 9 sup., s. xiii (tantum in 3a–7, 9, 10) |
| $R_{37}$ | Vaticanus 9135, s. xvii (tantum in 3b, 6–7, 9–15) |
| ψ | Heidelbergensis 358, $44^r$, s. xvii (tantum in 3b, 6–7, 9, 12–15) |
| $P_{12}$ | Parisinus 5719, s. xiv (tantum in 3a, 4) |
| *Camers* | ed. Camertis a. 1510 excusa (tantum in 1, 2, 20, 21) |
| *Clauerius* | ed. Parisiis a. 1602 excusa (tantum in 9–10) |

carmina 20–21 adsunt in cod. Cantiliacensi, s. xvi, carmina 22–23 primus protulit Binetus.

ille pater rerum, qui saecula diuidit astris,
  inter prima coli te quoque sacra dedit
et fragilem nostri miseratus corporis usum
  telluri medicas fundere iussit aquas,
Parcarumque colos exoratura seueras
  flumina laxatis emicuere iugis.
felices, proprium qui te meruere, coloni,
  fas quibus est Aponon iuris habere sui.
non illis terrena lues corrupta nec Austri
  flamina nec saeuo Sirius igne nocet,
sed, quamuis Lachesis letali stamine damnet,
  inde sibi fati prosperiora petunt.
quod si forte malus membris exuberat umor
  languida uel nimio uiscera felle uirent,
non uenas reserant nec uulnere uulnera sanant
  pocula nec tristi gramine mixta bibunt:
amissum lymphis reparant inpune uigorem
  pacaturque aegro luxuriante dolor.

## 27

## PHOENIX

Oceani summo circumfluus aequore lucus
trans Indos Eurumque uiret, qui primus anhelis

**26** 84 coli *Barthius* : poli *omnes mei* : soli $B_3$ | colit $gJ_3O_3C_1L_4Z$ || 86 telluri *Flor* R : telluris $CJ_3O_3F_2W_1$ : tellurem $gB_3F_{24}R_{49}R_{52}$ || 87 *om. Flor* | exoratura $CgO_3W_1$ *pc?* : exornatura $J_3$ : exortatura R : exhortatura $F_2P$ || 90 aponon (ἐτυμολογικῶς *interpretandum, ut ad Graec. adiect. adludatur*) *Flor* $CJ_3O_3$(P)$K_6$ : aponum g*pc* $F_2W_1R$ || 91 terrena lues] terre ualues P*ac* : terre ualles P*pc* : metuenda lues *Heinsius olim* || 92 saeuo *Flor* R : leuo *cett. mei* || 93 ferali $J_3$ || 94 inde sibi fati g*ac* : unde sibi fata $CO_3F_2PW_1C_1K_6P_3$ : inde sibi fato $K_4$ : inde fata sibi R*ac* : unde fata sibi R*pc* : in te fata sibi *Flor* : inde sibi $J_3$ : inde sibi fatis g*pc*, *Barthius* : indos fata tamen $L_4$ : undis fata sibi *Heinsius* || 96 uirent $gJ_3O_3C_1L_4Z$ : rubent *Flor* $CF_2PW_1RK_6$ : tument $K_6$ *ul* || 97 non] nec $F_2$ | reserant $F_2W_1R$ : resecant *cett. mei* | uulnere uulnera $F_2PW_1R$ : uulnera uulnere *Flor* $CgJ_3O_3P_3Z$ || 99 nymphis $F_2R$ || aponus explicit R : claudiani poete descriptio de bal. apo. ruris patauini aedita honorio et arcadio imp. finis $B_3$ : claudiani poetae descriptio de balneis aponi ruris pathauum. edita honorio et arcadio imp. finit. $F_{24}$ : claudiani poetae descriptio de balneis aponi ruris patauini. finit. honorio et arcadio impp. $R_{49}$

**27** *Flor*, $CgJ_3L_1O_3$, $F_2PW_1$, Δ, R

poenix *Flor* : incipit phoenix R : incipit phenix $C_1$ : incipit de phenice P : de phenice $B_1S_3$ : incipit fenix C : de foenice aue Δ || 1 lucus C?, *cett. mei* : locus Δ : nilus $K_6$ *ul*

sollicitatur equis uicinaque uerbera sentit
umida roranti resonant cum limina curru,
unde rubet uentura dies longeque coruscis
nox adflata rotis refugo pallescit amictu.
haec fortunatus nimium Titanius ales
regna colit solusque plaga defensus iniqua
possidet intactas aegris animalibus oras
saeua nec humani patitur contagia mundi,
par uolucer superis, stellas qui uiuidus aequat
durando membrisque terit redeuntibus aeuum.
non epulis saturare famem, non fontibus ullis
adsuetus prohibere sitim, sed purior illum
solis feruor alit uentosaque pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta uaporis.
arcanum radiant oculi iubar, igneus ora
cingit honos. rutilo cognatum uertice sidus
attollit cristatus apex tenebrasque serena
luce secat. Tyrio pinguntur crura ueneno.
anteuolant Zephyros pinnae, quas caerulus ambit
flore color sparsoque super ditescit in auro.
  hic neque concepto fetu nec semine surgit,
sed pater est prolesque sibi nulloque creante
emeritos artus fecunda morte reformat
et petit alternam totidem per funera uitam.
namque ubi mille uias longinqua retorserit aestas,
tot ruerint hiemes, totidem uer cursibus actum,

**3** sensit $K_6$ | **4** umida] uiuida **P** *teste Heinsio, perperam, ut opinor* : fumida $P_{11}$ : uuida *Heinsius* | cui $R_{43}T_2$ | lumina $CL_1F_{18}T_2$ | curru $gJ_3O_3PR$ : curru *cett. mei* || **5** dies . . . rubet $P_{11}$ || **7** haec] hic ζ : nec *Flor* $B_3P_{11}$ *ac* | nimmius $K_6$ *ac* || **8** regna tenet $K_4$ | solus- **P** (*una cum solus-*) **R**, *Iuntina* : solu-* **P**, *cett. mei* || **9** animantibus* $gR_{42}T_2$ | herbas $J_3$ || **10** scaeua $T_2$, *Heinsius* || **11** uolucres **PR** : uolucris **P** *ascr* | qui stellas $K_6$ || **13** saturata fames $T_2$ || **15** libat **PR** : potat $F_2$ *pc*, *cett. mei* ; portat $L_1F_2$ *ac* || **17** ora] ori $J_3$ : auri *Burmannus* || **19** crispatus $B_1$ || **20** tinguntur $T_2$ | crura *Δ pc*, *cett. mei* : rostra $P_{11}$ *pc* || **21** zephirum **R** : *uerb. om.* **P**, *rubro add. sup. lin.* *post* pinne *uel* plume | pinnae *Flor* **CP** *ac Δ* : pennae *cett. mei* : primae $RK_6$ *ac* ; plume **P** *pc* || **21–22** caerulus . . . / ore color $F_2W_1$ : circulus . . . / orbe color *Birt*, *qui et* Iridis . . . / flore color *coni.* (*apud Koch*) || caerulus . . . / floricolor *Barthius* ; caesimul **PR** : magis **g** : satis $L_4$ || **23** nec . . . nec *Flor* $B_1$ | concepto] corrupto $T_2$ : conque **Z**, *Heinsius* || **22** super] cipitur *Barthius* : conceptus *Heinsius* || **24** prolis- *Δ* | sibi] sui $RK_4$ : suis **P** || **27** iam- *cett. mei* : recesserit $W_1$ *ul* | uices *Heinsius* | longaeua $B_3F_{18}R_{42}R_{43}R_{51}$ | retorserit $W_1$, $RC_1$ *ac* | aestas $O_3$ *pc* **P** (*add. in spat. rel.*), *cett. mei* : aetas $O_3$ *ac Δ* || **28** tot ruerint *Flor* **g** *pc* $J_3$ *sscr*, *mr.* *Δ* : tot fuerint $PRW_2$ *pc*, *Isengriniana* ; torruerint **Cg**? *ac* $J_3L_1O_3W_1$ : corruerint $P_{11}$ : horruerint $F_2B_1$ | totidem **g** (*fort.* *pc*), *Heinsius* : totiens **P** *pc*, *cett. mei* : quotiens **P** *ac*





quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras,
tum multis grauior tandem subiungitur annis,
lustrorum numero uictus: ceu lassa procellis
ardua Caucaseo nutat de culmine pinus
seram ponderibus pronis tractura ruinam;
pars cadit adsiduo flatu, pars imbre peresa
rumpitur, abripuit partem uitiosa uetustas.
  iam breue decrescit lumen languetque senili
segnis stella gelu, qualis cum forte tenetur
nubibus et dubio uanescit Cynthia cornu;
iam solitae medios alae transcurrere nimbos
uix ima tolluntur humo. tum conscius aeui
defuncti reducisque parans exordia formae
arentes tepidis de collibus eligit herbas
et cumulum texens pretiosa fronde Sabaeum
conponit, bustumque sibi partumque futurum.
  hic sedet et blando Solem clangore salutat
debilior miscetque preces ac supplice cantu
praestatura nouas uires incendia poscit.
quem procul adductis uidit cum Phoebus habenis,
stat subito dictisque pium solatur alumnum:
'o senium positure rogo falsisque sepulchris
natales habiture uices, qui saepe renasci
exitio proprioque soles pubescere leto,
accipe principium rursus corpusque caducum
desere, mutata melior procede figura.'
  haec fatus propere flauis e crinibus unum
concussa ceruice iacit missoque uolentem

**29** *corruptela laborare censet Goodyear* | tulit] dedit $L_1F_2$ || **30** tam $B_3$ | subiungitur] submergitur $F_{18}K_6R_{51}$ : subducitur $R_{43}R_{48}R_{50}T_2$ : suffrangitur *Birt* | horis $K_6$ *ac* || **31** uictus numero $K_4$ | lapsa $J_3ΔP_{11}$ || **32** caucaseo *Flor* $gF_2W_1W_2$ *ul* ζ : caucasio *cett. mei* | uertice **gPR** || **33** saeuam *Heinsius* || **34** adsiduo fluctu $F_2W_1$, *Heinsius* || **35** abripuit] abrumpit $K_4$ : abrupit *Wakefield* || **36** iam breue] iamque ubi *Flor* $B_3F_{18}R_{42}R_{43}R_{51}$, *Exc. Gyr.* : iam sibi *Heinsius* || **37** stella $gJ_3O_3$ **P** *sscr* *Δ* **R** : stilla *Flor* $L_1F_2PW_1$ : stila **C** || **39** transcendere $R_{43}$ || **41** reducisque parans ($F_2$) **P** *ac*, *cett. mei* : reducis sperans **P** *pc* | uitae $J_3$ || **42** arentes *cett. mei*, $K_6$ *pc* : ardentes $F_2K_6$ *ac* || **43** cumulum $gJ_3O_3F_2PR$ : tumulum *Flor* $CL_1W_1Δ$ | pretiosum fronde Sabaea *Jeep* || **44** pastum- *Heinsius* || **45** blando solem $F_{14}$ : solem blando **PR** : magno solem *cett. mei* : solem magno $F_2W_1$ | clamore $J_3B_1$ || **46** ac $PRL_3$ : et *cett. mei* || **51** natales (natalis *Δ*) habiture uices *codd.* : natalis subiture uicem *Heinsius* || **52** patrio- *Heinsius* || **53** caducum *Heinsius* : coactum *codd.* : coactus *Burmannus* : peractum *Mommsen* || **54** desine $P_2$ | mutatam . . . figuram **R** || **55** e] de $B_1K_4$ : cum **C** || **56** iacet *Flor* $P_{11}$ *ac* : tacet **R**

## 29

### MAGNES

Quisquis sollicita mundum ratione secutus
semina rimatur rerum, quo luna laborat
defectu, quae causa iubet pallescere solem,
unde rubescentes ferali crine cometae,
unde fluant uenti, trepidae quis uiscera terrae
concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,
unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus,
hoc mihi quaerenti, si quid deprendere ueri
mens ualet, expediat.
lapis est cognomine magnes
decolor obscurus uilis; non ille repexam
caesariem regum, non candida uirginis ornat
colla nec insigni splendet per cingula morsu,
sed noua si nigri uideas miracula saxi,
tum pulchros superat cultus et quidquid Eois
Indus litoribus rubra scrutatur in alga.
nam ferro meruit uitam ferrique rigore
uescitur; hoc dulces epulas, hoc pabula nouit;
hinc proprias renouat uires, hinc fusa per artus
aspera secretum seruant alimenta uigorem;
hoc absente perit: tristi morientia torpent
membra fame uenasque sitis consumit apertas.
Mauors, sanguinea qui cuspide uerberat urbes,

**29** *Flor*, $CgJ_3L_1O_3$, $F_2PW_1$, $\Delta$ *(qui incipit a u. 34)*, **R**
magnes *Flor* : magnes incipit **R** : *incipit* magnes $CPB_1C_1\zeta$ : de magnete $K_6$ *(in catalogo)* $L_3S_3$ : de statua Martis ferrea et Veneris magnitica *Aldina* ‖ 1 securus *contra metrum* *Flor*$CL_1$ 5 ruant *Heinsius* 6 commoueat $L_1F_2W_1$, *Iuntina* | quis ... hiatus **PR** : quae ... origo *cett. mei* | fulgura] fulmina *Liuineii Vaticanus* | flumina $C_1$ 7 tonent $L_1$*pc*, *cett. mei* : -ant $L_1$*ac***P** 8 haec *Flor*$F_2$ | deprehendere $L_1$ : deprenderere *Flor* : comprendere **g** | uerum **PR**, *Iuntina* | 9 expediant $K_6$ expediam $F_{10}$ : experiar *Heinsius* | cognoscere $K_4$ ‖ 10 discolor *Heinsius* | ipse **Z** 11 non pectora $PRK_6$*ac*$L_3P_{12}$ ‖ 12 *om.* $PRL_3P_{12}$ ‖ 14 tum pulchros superat **R**, *cett. mei* : (tunc pulchros) superet **R** *sscr* : tunc superat pulchros *Exc. Laeti* : purpureos superet *Heinsius* 15 indi* *Flor*$W_1W_2$ : indis $CL_1$ | rubram ... in algam **PR** : rubra ... harena $\zeta$ | scrutantur* *Flor*$CL_1W_1$ ‖ 16 nam $PRW_2$*ul* : ex *cett. mei* : et $W_2$ | rigorem **C** : uigore $PRK_6$ : uigori $K_6$*ul* ‖ 17 hoc[1]] haec $K_6L_3$ : hic $A_2$ : has *Iuntina* | epulas dulces $B_1$ | hoc[2]] haec $PRK_6$, *Iuntina* : hic $A_2$ | 18 infusa **PR** ‖ 19 uaporem $A_2$ ‖ 20–21 *om.* $PRL_3$ ‖ 21 siti *Flor* ‖ 22 sqq. *a praecedentibus, titulo* de ornatu ueneris et martis *indito, separat* $\zeta$





et Venus, humanas quae laxat in otia curas,
aurati delubra tenent communia templi.
effigies non una deis, sed ferrea Martis
forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
illis conubium celebrat de more sacerdos;
ducit flamma choros; festa frondentia myrto
limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt
floribus, et thalamum dotalis purpura uelat.
hic mirum consurgit opus; Cytherea maritum
sponte rapit caelique toros imitata priores
pectora lasciuo flatu Mauortia nectit
et tantum suspendit onus galeaeque lacertos
implicat et uiuis totum conplexibus ambit.
ille lacessitus longo spiraminis actu
arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
pronuba fit Natura deis ferrumque maritat
aura tenax: subitis sociantur numina furtis.
quis calor infudit geminis alterna metallis
foedera? quae duras iungit concordia mentes?
flagrat anhela silex et amicam saucia sentit
materiem placitosque chalybs cognoscit amores.
sic Venus horrificum belli conpescere regem
et uultu mollire solet, cum sanguine praeceps
aestuat et strictis mucronibus asperat iras.
sola feris occurrit equis soluitque tumorem
pectoris et blando praecordia temperat igni.
pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
deserit et rutilas declinat in oscula cristas.
quae tibi, saeue puer, non est permissa potestas?

23 curas] uires $gL_4$ : gentes $K_6$ : mentes *Heinsius* ‖ 26 nitet] uiret $J_3L_4$ : uiget **g** | Magnesia *Heinsius* | forma $L_4$ ‖ 27 conubium] conuiuium **P***ac* : coniugium **P***pc* | 29 limina **P***pc*, *cett. mei* : lumina $F_2$**P***ac* ‖ 30 t(h)alamos **P***pc***R**, *Iuntina* ‖ 32 imitata ($J_3$) (**P**), *cett. mei* : mentita **P***ul* ‖ 34 *hic incipit* $\Delta$ | galeae- $W_1$*pc*, *cett. mei* : galea- $F_2W_1$*ac* ‖ 35 compagibus $L_3$ | 36 actu] ictu *Buslid.*, *Heinsius* : aestu *Heinsius* ‖ 37 alternis $B_1$ ‖ 38 fit natura] sit natura **P** : frenatura *Flor* ‖ 40 infudit **g**$\Delta$**R** : infundit *cett. mei* : insudet **P** : insudat *Heinsius* ‖ 41 duras ... mentes] duros ... montes *Barthius* : duras ... cautes *Goodyear* | iunxit $L_4$ : uinxit **g** : nutrit $W_2$ ‖ 42 sentit $\Delta$?, *cett. mei* : sensit $\Delta$? *(teste Jeep)* $K_4$ ‖ 43 materiam **PR**, *Iuntina* | placitos- ... cognoscit amores *Exc. Laeti* : placidos- ... cognoscit amores *omnes mei* : placidum- ... cognoscit amorem $W_2$ : placido- ... ignescit (ignoscit iam '*Vaticanus*' *Heinsii*) amore *Heinsius* ‖ 45 uultum **R** : multum **P** ‖ 46 strictis **R** : tristis **P**$\Delta$? : tristes *cett. mei* ‖ 47 mollitque **R** ‖ 48 igne *Exc. Gyr.* : $\Delta$ *incert.* ‖ 51 saeua *Flor*$\Delta$

tu magnum superas fulmen caeloque relicto
fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
iam gelidas rupes uiuoque carentia sensu
membra feris, iam saxa tuis obnoxia telis.
et lapides suus ardor agit, ferrumque tenetur
inlecebris: rigido regnant in marmore flammae.

## 30

## LAVS SERENAE

Dic, mea Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam serto redimire Serenam?
uile putas donum, solitam consurgere gemmis
et rubro radiare mari si floribus ornes
reginae regina comam? sed floribus illis,
quos neque frigoribus Boreas nec Sirius urit
aestibus, aeterno sed ueris honore rubentes
fons Aganippaea Permessius educat unda:
unde piae pascuntur apes et prata legentes
transmittunt saeclis Heliconia mella futuris.
dignius an uates alios exercuit unum
femineae uirtutis opus? consorte redempto
casta maritali successit Thessala fato
inque suos migrare uirum non abnuit annos.
hoc Grai memorant. Latiis mouet ora Camenis
praescia fatorum Tanaquil, rediensque per undas
Cloelia Thybrinas, et eodem flumine ducens

**29** 52 superas P, *cett. mei* : superes P*ac* | fulmen *Flor* Δ R : numen *cett. mei* ‖ 54 sexu *Iuntina* ‖ magnes explicit R

**30** *Flor.* C g $J_3$ $L_1$ $O_3$, $F_2$ P $W_1$, R

laus serenae *Flor* : incipit laus serene C R $S_3$ ? ‖ 1 *sic* P (*s. mu*) | mihi $F_1$, *Iuntina* | tanto cur tempore *Flor* R : cur tanto tempore g $J_3$ $O_3$ $C_1$ $L_4$ : cur tanto in tempore $K_4$ : cur tantum in tempore C $L_1$ $F_2$ P $W_1$ $W_2$ : cur tantum in tempore $K_3$ [illegible] *Sched. Gud.* : cur tanta in tempora *Heinsius* ‖ 2 sertis $C_1$ ‖ 4 aut R | 5 si $C_1$ $F_1$ ‖ 6 nec . . . nec $O_3$ $C_1$ ‖ 7 eterni $S_3$ ‖ 8 permessius R, *Exc. Gyr.* : permesidos $F_1$ [illegible] permesidos *cett. mei* : parnasidos *Flor* | umbra *Heinsius* ‖ 11 an] ani R : aut *marg. Marcil.* : haud *Camers. Exc. Gyr.* | ullum *Birt* ‖ 12 consorte $K_4$ : quod sponte *omnes mei* ‖ 14 uiros *Buslid.* : uiro *Buslid.* ('*ex emendatione*'), *Heinsius* | abnuit *Flor* R : abnegat* *cett. mei* : abneget C ‖ 15 hec $K_4$ | graii g $L_1$ $F_2$ $W_1$ ‖ 17 cloelia *Flor* R : *nugantur cett. mei*

quin et supplicii nomen nexusque subisti
ut nos subriperes leto mortemque fugares
morte tua, mox aetherias euectus in auras
purgata repetens laetum tellure parentem:
Augustum foueas, festis ut saepe diebus
annua sinceri celebret ieiunia sacri.

## 33

## DE CRYSTALLO CVI AQVA INERAT

Possedit glacies naturae signa prioris
  et fit parte lapis, frigora parte negat.
sollers lusit hiemps, inperfectoque rigore
  nobilior uiuis gemma tumescit aquis.

**32** 16 supplicii nomen] supplicium numen $F_2$ : supplicium mortis $F_{17}$ : mancipii nomen *Cuiacii uetus* | noxasque *Heinsius* ‖ 17 subriperes ΔR, *Vindob. 751* : surriperes $F_3K_6$ : eriperes P*pc*, *cett. mei* : ariperes P*ac* | 19 purgatam $F_2$ : -o $K_4$ | repetus C, *Cantiliacensis 102*, *Cuiacii uetus* : g *incert.* | laetum $J_3O_3RF_{17}K_6LP_4W_2$, *Vindob. 751* : laeta *cett. mei* : g *mihi quidem incert.* (celsum *pc*, *teste Pawlikowski*) | tellure g *pc?*, *Cuiacii uetus* : te luce *cett. mei*, *Vindob. 751* ‖ 20 augustos *ex Palatino Barthius* ‖ 21 celebrent $F_{10}$ ‖ 20–21 *om. et hos uersus substituit Cantiliacensis 102:* da precor aeternas detersis sordibus arces / conscendam uitaque fruar foelicis olympi

**33** *Flor*, $CgJ_3L_1O_3$, $F_2PW_1$, R

de cristallo cui aqua inerat *Flor* : de crystallo *Exc. Gyr.* : de cristallo P*mg*, *mr*, $W_1$*mg*, $B_1S_3$ : incipit de cristallo C : de cristallo lapide in quo ingelata latebat aqua R : de aqua interclusa gemme Z : incipit liber tercius decimus $W_1$ : incipiunt epigrammata claudiani $F_2$ (*mr* : *f. 88*) | *carmm. 33–39 plerique codices in unum coniunxerunt, ceteri uarie distinxerunt. septenum qui nunc in usu est ordinem editorum primus exhibuit Claverius, qui dixit: 'scias uero in uet. et optimo … septem esse de Crystallo Epigr. hactenus indiuisa'* ‖ 1 assedit $CF_2$ ‖ 2 et fit *Flor* $J_3L_1O_3RB_1K_6L_3L_4$ : et sit CP, *Exc. Gyr.* : que fit $F_2W_1$ : haesit (*iam* g *pc*) *uel* et stat *uel* ut sit *Birt* : et si *Mommsen* | neget (*si praeferatur* ut sit) *Birt*, *et sic iam* g*? pc* ‖ 4 uiuis *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : mitis $F_2$(*ut uid.*) P*ac* : mistis *Cuiacii uetus* : nitidis P*pc*

## 34

### DE EODEM

Lymphae, quae tegitis cognato carcere lymphas,
et quae nunc estis quaeque fuistis aquae,
quod uos ingenium iunxit? qua frigoris arte
torpuit et maduit prodigiosa silex?
quis tepor inclusus securas uindicat undas?
interior glacies quo liquefacta Noto?
gemma quibus claustris arcano mobilis aestu
uel concreta fuit uel resoluta gelu?

## 35

### DE EODEM

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
sumebat nimio iam pretiosa gelu
nec potuit toto mentiri corpore gemmam,
sed medio mansit proditor orbe latex.
auctus honos; liquidi crescunt miracula saxi,
et conseruatae plus meruistis aquae.

## 36

### DE EODEM

Aspice porrectam splendenti fragmine uenam,
qua trahitur limes lucidiore gelu.

34 *Flor*. $CgJ_3L_1O_3$. $F_2PW_1$. R
de eodem $B_1S_3$ : de aqua interclusa gemme Z : aliter R*mg* | '*non sunt diuisa a superiore in antiquo*' *Exc. Gyr.* || 1 lymphae (lim-) *Flor* Cg*pc*$O_3F_2P$*ul* $RS_3$ : nymphae (nim-) $J_3L_1P$ (n- *add. mg*) $W_1F_3L_3L_4Z$. *Cuiacii uetus* | carcere R : corpore *cett. mei* | nimphas $C_1K_6$ || 3 iunxit g*ac*, *cett. mei* : uinxit Cg*pc*$O_3$, *Scaliger* || 5 secretas *Heinsius* || 7 causis *Birt* | mobilis $RK_6$ : nobilis *cett. mei* || 8 fluit *Heinsius* | gelu est *Heinsius*
35 *Flor*. $CgJ_3L_1O_3$. $F_2PW_1$. R
aliter R*mg* || 3 gemmas R || 4 ille $K_4$ || 5 auctus *Flor* $J_3W_1$*pc* R : actus Cg$L_1$ $O_3F_2PW_1$*ac* | honos *Buslid.* : honor *omnes mei*
36 *Flor*. $CgJ_3L_1O_3$. $F_2PW_1$. R
aliter R*mg* || 1 porrectam R : correctam $CW_2$*ac* : correptam *cett. mei* : conc[illegible]tam *uel* conseptam *Heinsius* | fragmine] flamine $S_3$ : fornice *Barthius* : tegmine *Heinsius* || 2 qua] que $F_2$ : quo $A_2$





hic nullum Borean nec brumam sentit opacus
umor, sed uarias itque reditque uias.
non illum constrinxit hiemps, non Sirius hausit,
aetatis spatium non tenuauit edax.

## 37

### DE EODEM

Clauditur immunis conuexo tegmine riuus
duratisque uagus fons operitur aquis.
nonne uides propriis ut spumet gemma lacunis
et refluos ducant pocula uiua sinus
udaque pingatur radiis obstantibus Iris,
secretas hiemes sollicitante die?
mira silex mirusque latex! et flumina uincit
et lapides merito, quod fluit et lapis est.

## 38

### DE EODEM

Dum crystalla puer contingere lubrica gaudet
et gelidum tenero pollice uersat onus,

36 3 brumam nec *Birt* | sensit $S_3$ || 5 constrinxit] construxit C : constringit $RW_2$ | hausit *Postgate* : axis *Flor* Cg$L_1F_2PW_1$ : ardens $J_3O_3RC_1$ : arsit *Heinsius* : aeris *Graevius* : auxit *Birt* : ussit *Hall* || 6 nec tenuabit* *Barthius*
37 *Flor*. $CgJ_3L_1O_1$, $F_2PW_1$. R
aliter R*mg* || 1 inmanis $W_1$ || 3 properis *Heinsius* | cum $R_{23}$ || 4 ut $F_{14}$ | uiua *cett. mei*, *Exc. Gyr.* : uina $CO_3F_2$, *Camers* : bina *Iuntina* || 7 et R : qui *cett. mei* : quid $F_3$ || 8 et lapides merito $K_6$ : sed lapides merito R : et merito lapides $F_3$ : et lapis est merito *cett. mei* : estque latex merito *Delrius* : nec lapis est merito *Scaliger* | quod] que $K_4$ : qui $P_{11}$ | estque silex *Cuiacii uetus* | *frigidus sane hic uersus, ut nunc legitur, et fortasse corruptus. admodum adridet Heinsiana hariolatio* quod flumina uinxit, / fert lapidis merito, quod fluit, est laticis
38 *Flor*. $CgJ_3L_1O_3$, $F_2PW_1$. R
aliter R*mg* || 1 lubrica] rubrica *Flor* : lurida R : lucida *Heinsius* || 2 et gelidum] Heliadum R*mr* (*tantum* elidum *mpr*)

uidit perspicuo deprensas marmore lymphas,
  dura quibus solis parcere nouit hiemps,
et siccum relegens labris sitientibus orbem
  inrita quaesitis oscula fixit aquis.

## 39

### DE EODEM

Marmoreum ne sperne globum: spectacula transit
  regia nec rubro uilior iste mari.
informis glacies, saxum rude, nulla figurae
  gratia, sed raras inter habetur opes.

## 40

### EPISTVLA AD OLYBRIVM

Quid rear, adfatus quod non mihi derigis ullos
  nec redit alterno pollice ducta salus?
scribendine labor? sed cui tam prona facultas,
  carmina seu fundis seu Cicerone tonas?
cedere diuitiis animi fortuna fatetur
  et tantas oris copia uincit opes.

**38** 3 prospicuo $O_3$ : perpetuo g$L_4$ | deprensas *Flor* g$J_3O_3W_1B_1L_4$ : deprehensas R : deprensa C : deprenso $L_1F_2PK_6$ | lymphas (*uel simm.*) *Flor* g$J_3O_3W_1$ pc R $L_4$ : nymphas *Camers* : merces P *suscr* $W_2$ *ul* : mercis CP : mencis $L_1$ : mentis $F_2W_1$ ac : inertis $K_6$ : mergi *Buecheler* 6 fixit R : figit *cett. mei* | explicit de cristallo R
**39** *Flor*. Cg$J_3L_1O_3$. $F_2PW_1$. R (*inter carm. 35 et carm. 36 positum*) aliter R*mg* || 1 ne *Flor* g$J_3$R : nec C$L_1O_3F_2PW_1$ | 4 caras *Heinsius*
**40** *Flor*. Cg$J_3L_1O_3$. $F_2PW_1$. Δ. R
incipit epistula ad olybrium (C) R ($L_3$) ($S_3$) : epistula addolibrium *Flor* : epistula ad olibrium *Exc. Gyr.* : epistula ad olybrium consolem Δ : ad olybrium P*mr*, *mg* || 1 adfastu *in* adfastum *corr.* Δ*ma* | derigis P : dirigis *cett. mei* | ultro P*add.* [illegible] *spat. rel.* || 2 dicta *Liuineius* || 3 scribendi- C*pc*, *cett. mei* : scribenti- C*ac*$K_6$ | [illegible] labor] labor est R$K_6$ : an labor est *Heinsius* | cui *Heinsius* : quae *codd.* | [illegible] cicerona *Flor* : ceu cicerone P : ceu Ciceroue *Ker* || 5 credere $F_2W_1$ || 6 [illegible] opis $L_4$*ac*

sic tibi det magnum moriens conuiua triumphum
  atque tuam uincant dolia fusa sitim;
sic numquam hostili maculetur sanguine dextra:
  ne laceres uersus, dux Iacobe, meos.

## 51

### IN SPHAERAM ARCHIMEDIS

Iuppiter in paruo cum cerneret aethera uitro,
  risit et ad superos talia dicta dedit:
'hucine mortalis progressa potentia curae?
  iam meus in fragili luditur orbe labor?
iura poli rerumque fidem legesque deorum
  ecce Syracosius transtulit arte senex.
inclusus uariis famulatur spiritus astris
  et uiuum certis motibus urget opus.
percurrit proprium mentitus Signifer annum,
  et simulata nouo Cynthia mense redit.
iamque suum uoluens audax industria mundum
  gaudet et humana sidera mente regit.
quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
  aemula naturae parua reperta manus.'

**50** 11 moriens magnos . . . triumphos **R** | 12 et tua perpetuo dolia uina (uini $K_6$) fluant $J_3$ (*haec post genuinam uersionem uersio posita est*) **R**$K_6$ | 13–14 *om.* **R**$K_6$ | 13 hostilis $K_4$ | madeat tua $e_2$ | 14 ne *Flor* **CgP***pc* $\Delta F_{17}$ : nec $J_3L_1O_3F_2$**P***ac*$W_1$
**51** *Flor*, **Cg**$J_3L_1O_3$, $F_2$**P**$W_1$, $\Delta$, **R**
in spheram archimedis $\Delta$ : in speram archimedis *Flor* : de sphaera archimedis **P***mr* : incipit de spera **R** : incipit infera archimedis **C**$B_1$ | 1 aethera $W_1$, *cett. mei* : equora $W_1$ *ul* $C_1$ : omnia **g**$L_4$ | 2 uerba **g**$L_3p_2$ | refert $W_2$ | 4 *interrogationis signo notauit Buecheler* | 5 fides **R** | leges- *Flor* **g**$\Delta$**R** : legem- *cett. mei* | deorum $J_3W_1$ *ul* $\Delta$**R**$K_6$ ; uirorum $W_1$, *cett. mei* : dierum *Heinsius* || 6 Syracosius *Heinsius* : syracusius (sir-) *codd.* | 8 urguet *Flor* $\Delta$ | 9 properum *Heinsius* | mentitus $\Delta$*pc*, *cett. mei* : mentitur **C**$L_1F_2$, *Iuntina* ; metitus **Z**? : metitur *Camers*, *Exc. Gyr.* | 12 regit *Flor* **P***pc* $\Delta$ : redit **C**$J_3L_1O_3F_2$**P***ac*$W_1$ : rotat **g***pc* : notat **R***mr* ; uidet $R_{41}$ : retractat **R** || 13 qui **C**$L_1F_2$**P** | insontem ($\Delta$), *cett. mei* : en sontem *Heinsius* : instantem *Birt* | salmonea miror **g**?$F_2W_1\Delta$ : salamonea miror **C** : salomonea miror $J_3L_1O_3$**P** : salmonea **R** : salomona uirorum $B_1$ : salmona mouemur '*in antiquo*' *Exc. Gyr.* : natura mouemur *Flor* || 14 repente $\Delta$

COLLECTION DES UNIVERSITÉS DE FRANCE
*publiée sous le patronage de l'ASSOCIATION GUILLAUME BUDÉ*

# CLAUDIEN

## ŒUVRES

TOME IV

PETITS POÈMES

TEXTE ÉTABLI ET TRADUIT
PAR
JEAN-LOUIS CHARLET
*Professeur émérite à l'Université d'Aix-Marseille*



PARIS
LES BELLES LETTRES
2018

# 27 [PHOENIX]

Oceani summo circumfluus aequore lucus
trans Indos Eurumque uiret, qui primus anhelis
sollicitatur equis uicinaque uerbera sentit
umida roranti resonant cum limina curru,
unde rubet uentura dies longeque coruscis
Nox adflata rotis refugo pallescit amictu.
Haec fortunatus nimium Titanius ales
regna colit solusque plaga defensus iniqua
possidet intactas aegris animalibus oras
saeua nec humani patitur contagia mundi.
par uolucer superis, stellas qui uiuidus aequat
durando membrisque terit redeuntibus aeuum.
Non epulis saturare famem, non fontibus ullis
adsuetus prohibere sitim, sed purior illum
solis feruor alit uentosaque pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimenta uaporis.
Arcanum radiant oculi iubar, igneus ora
cingit honos. Rutilo cognatum uertice sidus
attollit cristatus apex tenebrasque serena

*27 Fl C J L, F PL, 31-110 $F_6$ V RK $V_4$ Cam*
*Tit.* phoenix *R* poetus *Fl* fenix *C* de phenice *P K* $V_4$ de Foenice *Cam* *Aldl* Claud. de phoenice carmen *Ise* de foenice aue *V* ‖ 1-30 *def.* $L_3$ ‖ 1 lucus : lucus *C* * locus *V* nilus *Ka.c.* ‖ 2 Trans : leos *Pa.c.* ‖ indos : -us *Va.c.* ‖ eurum- : eorum- *V* currum- *Cam* ‖ uiret : uidet *Ka.c.* ‖ 3 equis : a- *J* ‖ sentit : -ait *K* ‖ 4 (H)Vmida : Viuida *P ?a.c.* ‖ limina : lu- *CL* ‖ curru *J P RK $V_4$ Cam Ise* : cursu *cett. mei* ‖ 5 dies *om. Pa.c.* ‖ -que *om. Ka.c.* ‖ coruscis (*Vp.c.*) : torruus *Pa.c.* ‖ 6 rotis : locis *Ra.c.* ‖ pallescit : pall- *Ra.c. K* ‖ 7 H(a)ec : Hic $F_6$ Nec *Fl* ‖ ti/ytanius : iunonius *Ka.c.* ‖ 8 solus- *Pa.c. RKa.c. Vgo* *hunt Ise* : solis- *Pp.c. Kp.c. cett. mei* solis $F_6$ ‖ -que plaga *om.* $F_6$ *spat. rel.* ‖ iniqua : -e $F_6$ ‖ 9 (h)oras : herbas *J* ‖ 10 humani : communis *Ps.l.* ‖ 11 uolucer : -cres *P RK* -cris *Ps.l.* ‖ qui stellas *K* ‖ stellas (*Kp.c.*) : stilla *R* ‖ 12 Durando : Pu- *Fl* ‖ terit : -et *Fla.c.* ‖ euum *Kp.c.* ‖ 13 fontibus : fan- *Pa.c.* ‖ 15 Solis : Talis $F_6$ ‖ uentosaque : uentos ac $F_6$ ‖ libat *P* $F_6$ *RK* $V_4$ *Cam* : potat *cett. mei* portat *L* *Fa.c.* ‖ 16 in(n)ocui : -it *Pa.c. Ra.c.* ‖ alimenta : -e $V_4$ ‖ 17 ora : ori *J* ‖ 18 Cingit honos : Cinthonus *Va.c.* ‖ cognatum : conatum *Ja.c.* ‖ 19 cristatus : crus- *C* cristallus $F_6$ ‖ serena : -as *C* ‖ crura (*Pp.c.*) : cruna *Va.c.*

luce secat ; Tyrio pinguntur crura ueneno.
Anteuolat Zephyros pinnae, quas caerulus ambit
flore color sparsoque super ditescit in auro.
Hic neque concepto fetu nec semine surgit,
sed pater est prolesque sibi nulloque creante
emeritos artus fecunda morte reformat
et petit alternam totidem per funera uitam.
Namque ubi mille uias longinqua retorserit aestas,
tot ruerint hiemes, totiens uer cursibus actum,
quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras,
tum multis grauior tandem subiungitur annis,
lustrorum numero uictus, ceu lassa procellis
ardua Caucasio nutat de culmine pinus
seram ponderibus pronis tractura ruinam ;
pars cadit adsiduo flatu, pars imbre peresa
rumpitur, abripuit partem uitiosa uetustas.
Iam breue decrescit lumen languetque senili
segnis stella gelu, qualis cum forte tenetur
nubibus et dubio uanescit Cynthia cornu.
Iam solitae medios alae transcurrere nimbos
uix ima tolluntur humo. Tum conscius aeui

20 Luce secat : Luce locat secat $L_1$ ‖ 21 Ante(u)uolat : -ant *P* $V_4$ ‖ zephy(r)os : -us *K* -um *R* *Cam* om. *P* suppl. rubro s.l. *Pm.al.* ‖ pinn(a)e : *Fl C Pa.c.* $F_6$ *V* : pen- *JL*, $F_2$ *Kp.c.* $V_4$ *Cam Ise* primae *RKa.c.* plume *Pp.c.* ‖ 22 Flore : ore $F_2$ ‖ -que om. *V* ‖ super : simul *P*$F_6$ *RK Vgo Cam* ‖ 23 neque : nec *Fl* ‖ concepto : -u *V* ‖ f(o)etu : -um *R ?a.c.* secum *P*$F_6$ ‖ 24 proles- : prolis- *V* ‖ sibi : *Cam.* mg. *Ise* mg. : sui *RK* $V_4$ *Cam Ise* suus *P*$F_6$ ‖ creante : -a *C* ‖ 25 fecunda : -am *Ra.c.* ‖ 26 alternam : -e $V_4$ ‖ 27 (a)estas : (a)etas $F_6$ *V R* om. *Pa.c.* ‖ 28 Tot ruerint *Fl Js.l.m.r.* *V Cam* : Tot fu- *P*$F_6$ *RK* $V_4$ *Vgo Ise* Torru- *CJL*, Horru- $F_2$ ‖ totiens : -ies *Cam Ise* quo- *Pa.c.* ‖ actum : -u *R* ‖ 29 tulit : dedit $L_1$ $F_2F_6$ *Ka.c.* $V_4$ *Vgo* ‖ 30 Tum multis : Tunc m. $V_4$ *Ise* Transmultis $F_2$ ‖ subiungitur : submergitur *K* ‖ annis (*Flp.c.*) : horis *Ka.c.* ‖ 31 lassa : lapsa *J V* ‖ 32 caucasio : -eo *Fl* $F_2$ *Vgo Cam Ise* ‖ culmine : uertice *P*$L_3$ *R* $V_4$ ‖ 34 flatu : fluctu $F_2$ ‖ imbre : -es $F_2$ ‖ peresa : perosa $F_2$ persa *Pa.c.* ‖ 35 Rumpitur : Rup- *P* ‖ 36 Iam breue : Iamque ubi *Fl* exc. *Gyr.* ‖ languet- : langet- *Ka.c.* ‖ 37 Segnis : Sig- *V* ‖ stella *J Ps.l.* *V* *RK* : stilla *Fl* $L_1$ $F_2$*P*$L_3F_6$ $V_4$ *Cam* stila *C* ‖ 38 Nubibus : Nubius *Ja.c.* ‖ 39 al(a)e : alie *K* ales $L_1$*a.c.* ‖ nimbos *Vp.c.* ‖ 40 ima : una *C* ‖ tum *Fl* *P*$L_3F_6$ *RK* $V_4$ : tunc *cett.* *mei*

defuncti reducisque parans exordia formae
arentes tepidis de collibus eligit herbas
et cumulum texens pretiosa fronde Sabaeum
conponit, bustumque sibi partumque futurum.
Hic sedet et Solem blando clangore salutat
debilior miscetque preces ac supplice cantu
praestatura nouas uires incendia poscit.
Quem procul adductis uidit cum Phoebus habenis,
stat subito dictisque pium solatur alumnum :
« O senium positure rogo falsisque sepulchris
natales habiture uices, qui saepe renasci
exitio proprioque soles pubescere leto,
accipe principium rursus corpusque coactum
desere. Mutata melior procede figura ».
Haec fatus propere flauis e crinibus unum
concussa ceruice iacit missoque uolentem
uitali fulgore ferit. Nam sponte crematur
ut redeat gaudetque mori festinus in ortum.
Feruet odoratus telis caelestibus agger
consumitque senem. Nitidos stupefacta iuuencos
Luna premit pigrosque polus non concitat axes.

41 reducisque parans : *Pa.c.* r. parant $F_2$ reducis sperans *Pp.c.* ‖ formae : uite *J* ‖ 42 Arentes : Ard- $F_2$ *Ka.c.* ‖ tepidis : zephiris *Ka.c.* ‖ eligit : elegit *V* ‖ herbas *Vp.c.* ‖ 43 cumulum *J* $F_2PL_3F_6$ *RK* $V_4$ *Cam Ise* : tu- *Fl C L*, *Vp.c.* tumultum *Va.c.* ‖ 45 Hic : Hoc $L_1$ ‖ solem blando $PL_3F_6$ *RK* $V_4$ *Vgo Cam a.c. Ise* : s. magno $F_2$ *Cam p.c.* magno s. *cett. mei* ‖ clangore : clamore *J* ‖ salutat : saluat *Va.c.* ‖ 46 ac $PL_3F_6$ *R* $V_4$ : a *Cam et cett. mei* ‖ cantu : cautu *P* ‖ 47 *om. Ka.c.* ‖ Pr(a)estatura : -us *Pa.c.* Prestratura *C* ‖ poscit : miscet $F_6$ ‖ 48 adductis : -us *C* ‖ uidit : -et *Cam Ise* ‖ 50 positure : -rae *Va.c.* -ra $F_6$ ‖ rogo : uices *Pa.c.* ‖ 51 Nat(h)ales : -is *V* -e $V_4$ ‖ habiture (*Kp.c.* ?) : -rae *Va.c.* ‖ 52 proprio- : prio- $F_2$ ‖ l(o)eto (*Ise mg.*) : lecto $F_2$ *Ise* ‖ 54 mutata... figura : -am ... -am *R* ‖ 55 fatus : factus *Cam* flatus $F_2$ ‖ e : cum *C* $F_2$ ‖ unum : enim *$F_6$a.c.* ‖ 56 iacit : -et *Fl Ka.c.* tacet *R* ‖ misso- : missus- *Vp.c. Cam* misus- *Va.c.* ‖ uolentem : -antem $V_4$ ‖ 57 Vitali : -le *Fla.c.* ‖ ferit : -et $V_4$ -unt $F_6$ ‖ 58 redeat : redd- *Pa.c.* ‖ gaudet- : gaude- *C* gaudet *Cam* ‖ 59 Feruet : Ferus $V_4$ ‖ telis *RK Cam Ise mg.* : taelis *V* stellis tedis (!) $V_4$ stellis *cett. mei* ‖ agger : ager *Pa.c.* auger *Pp.c. om.* $F_6$ ‖ 60 Consum(m)itque : *del.* que *Vm.a.* ‖ senem : finem *V* necem *J* ‖ *post* senem *del.* stu *Fl* ‖ 61 polus (*Flp.c.*) : potius *P* ‖ axes : aruxes *P*

Quoque dic Titana Canis flagrantior armat
et rapit umores madidos uenasque calore
conpescit radiisque potentibus aestuat axis,
Nilo bruma uenit, contraria tempora mundo.
Defectis solitum referens cultoribus aequor
effluit Aegaeo stagnantior, acrior alto
Ionio seseque patentibus explicat aruis.
Fluctuat omnis ager, remis sonuere nouales
saepius ; aestiuo iaceat cum forte sopore,
cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

## 29 [MAGNES]

Quisquis sollicita mundum ratione secutus
semina rimatur rerum, quo luna laborat
defectu, quae causa iubet pallescere solem,
unde rubescentes ferali crine cometae,
unde fluant uenti, trepidae quis uiscera terrae

33 Quoque : Quos $R_{16}$ Cu/om- $F_2$ *RK Vgo Cam Ise* || canis : -it *P* ?a.c. $F_6$ canit $V_4$ calor $L_1$ || flagrantior : fra- *P* fragl- $V_4$ || 34 madidos : madidosque *Hic* || uenasque calore *H* $F_2$ *RK*a.c. $R_{16}$ *Vgo Cam Ise* : uanos-calores *CJL*, *PL* g.c. $F_6$ *K*p.c. $V_4$ uanos- calores $L_3$a.c. || 35 (a)estuat : as- $R_{16}$ ex *C* || axis : astis *Ca.c.* aruis $L_3$ || 36 Nilo bruma : Nil obumbra *R* a.c. || uenit : uehit *e.u. Gvr* || tempora : -at *P*a.c. || 37 Defecus *Fl* $F_2$ *R* $R_{16}$ *Vgo Cam Ise* : -tu *P* -tum *CJ*$L_1$ $L_3F_6$ *K* $V_4$ || solitum referens $F_2$ *RK* $R_{16}$ *Vgo Cam Ise* : solitumque ferens *cett.* *mei* || 38 acrior : altior *K*a.c. || 39 om. *C* || seseque patentibus *R*p.c. $R_{16}$ *Vgo Iunt Ise* : s. pe- $F_2$ *R*a.c. *K* s. po- $V_4$ s. pectoribus petentibus *J* [ ' ] sese patentibus *Cam* sese pend- *Fl* $L_1$ $PL_3F_6$ || explicat : estuat *J* || aruis (*Fl*p.c.) : aruus $R_{16}$ || 40 sonuere : monere $R_{16}$ || 41 (a)estiuo iaceat : aestiuus iactat $R_{16}$ || forte sopore : fronde sapores $R_{16}$ || 42 armenta : estiua *J* || nilus explicit *R*

**29** *Fl CJ*$L_1$ $F_2PL_3F_6$ $V^x$ (*a u. 34*) *RK* $V_4$
*Tit.* magnes *Fl C P R* de magnete $L_1$ $K_{tw}$, $V_4$ *Cam Ise* de statua Martis ferrea et Veneris magnitica *Ald* || 1 sollicita : -at $CL_1$ || mundum : -i *Fl* || sec/quutus : securus *Fl* $CL_1$ || 2 laborat : -et $F_6$

concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,
unde tonent nubes, quo lumine floreat arcus,
hoc mihi quaerenti, si quid deprendere ueri
mens ualet, expediat. Lapis est cognomine magnes,
decolor obscurus uilis. Non ille repexam
caesariem regum, non candida uirginis ornat
colla nec insigni splendet per cingula morsu,
sed noua si nigri uideas miracula saxi,
tunc pulchros superat cultus et qu*id*quid Eois
Indus litoribus rubra scrutatur in alga.
Nam ferro meruit uitam ferrique rigore
uescitur ; hoc dulces epulas, hoc pabula nouit ;
hinc proprias renouat uires, hinc fusa per artus
aspera secretum seruant alimenta uigorem.
Hoc absente perit : tristi marcentia torpent
membra fame uenasque sitis consumit apertas.
Mauors, sanguinea qui cuspide uerberat urbes,
et Venus, humanas quae laxat in otia curas,
aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una deis, sed ferrea Martis
forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
Illis conubium celebrat de more sacerdos.

6 Concutiat : Commoueant *$L_1$ $F_7$ Iunt Ise* ‖ motus : uentus *Ra.c.* ‖ quis... hiatus *$PL_3F_6$ RK $V_4$* : qu(a)e ... origo *coni. Heinsius* ‖ 7 tonent : -ant *$L_1$a.c. $PF_7$* ‖ 8 Hoc : H(a)ec *Fl $F_7$ $V_4$* ‖ deprendere : depr(a)ehendere *$L_1$ Cam* deprenderate *Fl* ‖ ueri : -um *$PL_3F_6$ RK $V_4$ Vgo Iunt Ise* ‖ 9 expediat : -am *$F_6$* -ant *K* ‖ est *om. Ka.c.* ‖ 10 repexam : rexp- *J* resp- *C* repexeam *Pa.c.* ‖ 11 non : nec *C Cam Ise* ‖ candida *Fl CJ$L_1$ $F_7F_6$ Kp.c. $V_4$ Cam Gd Ise* : pectora *$PL_3$ RKa.c.* ‖ ornat : orna *C$L_1$* ‖ 12 *om. $PL_3$ R* ‖ cingula : -o *Ja.c. Ise* ‖ 13 si : sic *$V_4$* ‖ 14 Tunc : Tum *$L_1$* ‖ superat pulchros *ex* *Laeti Cam Ise* ‖ superat (*R*) : -et *Rs.l.* ‖ quicquid *codd.* ‖ 15 Indus : -i *Fl* -is *C$L_1$* ‖ rubra ... in alga (*$V_4$p.c.* aga *a.c.*) : -am... in -am *$PL_3F_6$ RK* ‖ scrutatur : -antur *Fl C$L_1$ Cam* ‖ 16 Nam *$PL_3F_6$ RK $V_4$* : ex *coni. Heinsius* ‖ ferri- : ferro- *$L_1$a.c.* ‖ rigore (*Ks.l. del. $F_6$ post* uigore) : -em *C $V_4$* uigore *Pp.c. $L_3F_6$ RK* ‖ 17 hoc[1] : h(a)ec *$L_3F_6$ K Vgo* has *Iunt Ise* ‖ hoc[2] : h(a)ec *$PL_3F_6$ RK Vgo Iunt Ise* ‖ 18 hinc fusa : infusa *$PL_3F_6$ RK $V_4$* ‖ per artus : paratus *Pa.c.* ‖ 20-21 *om. $PL_3$ R* ‖ 21 sitis : -i *Fl* ‖ 22 urbes : -is *Pa.c.* ‖ 23 qu(a)e : qui *$L_3$ K* ‖ in *om. Ja.c.* ‖ curas : gentes *K* ‖ 25 deis *bis Fla.c.* ‖ 26 nitet : uiret *J* ‖ magnetica : -tida *$F_7$* -tia *$F_6$* ‖ 27 con(n)ubium : -uiuium *Pa.c. $L_3$* -iugium *Pp.c. $V_4$*

Ducit flamma choros, festa frondentia myrto
limina cinguntur roseisque cubilia surgunt
floribus, et thalamum dotalis purpura uelat.
Hic mirum consurgit opus. Cytherea maritum
sponte rapit caelique toros imitata priores
pectora lasciuo flatu Mauortia nectit
et tantum suspendit onus galeaeque lacertos
inplicat et uiuis totum conplexibus ambit.
Ille lacessitus longo spiraminis actu
arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
Pronuba fit Natura deis ferrumque maritat
aura tenax : subitis sociantur numina furtis.
Quis calor infudit geminis alterna metallis
foedera ? Quae duras iungit concordia mentes ?
Flagrat anhela silex et amicam saucia sentit
materiem placidosque chalybs cognoscit amores.
Sic Venus horrificum belli conpescere regem
et uultu mollire solet, cum sanguine praeceps
aestuat et strictis mucronibus asperat iras.
Sola feris occurrit equis soluitque tumorem
pectoris et blando praecordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
deserit et rutilas declinat in oscula cristas.
Quae tibi, saeue puer, non est permissa potestas ?

28 chorus : tho- *P* cohors *K* poros $V_4$ ‖ 29 *om.* *Ka.c.* ‖ Limina : Lu- *P Pa.c.* ‖ 30 t(h)alamum : -os *Pp.c.* $L_3$ *RK* $V_4$ *Vgo Iunt Ise* -as *Pa.c.* ‖ 32 imitata : imitatata *J* innitata *Pa.c.* mirata *Pp.c.* mentita *Pa.l.* ‖ 34-35 *in margine in* $V^4$ ‖ 34 tantum : -dem $F_6$ ‖ gale(a)e : -ea- $F_7F_6$ ‖ 35 co(n)plexibus : compagibus $L_3$ ‖ 36 longo : -os *Fla.c.* ‖ 37 gemma : gemina *C* ‖ 38 fit natura : ut n. *P* frenatura *Fl* ‖ 39 sociantur : -atur $V^4$ ‖ 40 calor : color *J* $PL_3F_6$ ‖ infudit $L_3F_6$ $V^4$ *RK* : infundit *cett.* *mel* insudet *P* ‖ geminis : gemmis *Cam a.c.* ‖ 41 iungit *bis* *Ra.c.* ‖ mentes : metallis $V_4a.c.$ ‖ 42 amicam : -a $V^4$ ‖ sentit : sensit $V^4$ ? ‖ 43 Materiem : -am $PL_3F_6$ *RK* $V_4$ *Vgo Iunt Ise* Matonem *J* ‖ placidos- : placitos- *exc. Lucii* ‖ 45 uultu : -um $L_3F_6$ *RK* $V_4$ *Vgo Cam Ise* multum *P* ‖ mollire : molire *Ja.c.* ‖ 46 strictis $F_6$ *RK Cam Ise* : tristis *P* $V^4$ ? tristes *cett.* *mel* ‖ asperat : -a *Pa.c.* ‖ 47 equis *Kp.c.* ‖ soluit- (*Cam mg. Ise mg.*) : mollit- *RK Cam Ise* ‖ tumorem : -mor *Ra.c.* ‖ 48 igni : -e *exc. Gyr.* ? $V^4$ ‖ 49 animo : -i $F_6$ ‖ 51 s(a)eue : -a *Fl* $V^4$ ‖ non : nunc *Prat.*

Tu magnum superas fulmen caeloque relicto
fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
Iam gelidas rupes uiuoque carentia sensu
membra feris, iam saxa tuis obnoxia telis,
et lapides suus ardor agit, ferrumque tenetur
inlecebris : rigido regnant in marmore flammae.

# 30 [LAVS SERENAE]

Dic, mea Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam serto redimire Serenam ?
Vile putas donum, solitam consurgere gemmis
et Rubro radiare mari si floribus ornes
reginae regina comam ? Sed floribus illis
quos neque frigoribus Boreas nec Sirius urit
aestibus, aeterno sed ueris honore rubentes
fons Aganippaea Permessius educat unda ;
unde piae pascuntur apes et prata legentes
transmittunt saeclis Heliconia mella futuris.
Dignius an uates alios exercuit unum

52 Tu : At *PL₁* ‖ superas : *P*· -es *Ps.l.* ‖ fulmen *Fl V*ᵉ *RK Vgo Cam* : numen *cett. mei* ‖ caelo- : telo- *L₁ L₄ F₆* ‖ 53 Fluctibus : Fulubus *P* ‖ cogis : it *P* A ‖ 54 sensu : *Isc mg.* : sexu *haut Isc* ‖ 55 obnoxia : obnixia *Ja.c.* ‖ magnes explicit *R*

30 *Fl CJL₁ F₃PL₃F₆ RK V₄*

*Tit.* laus seren(a)e *Fl C L₁ R K*ₘₑₘ*V₄* Laus Serenae Reginae uxoris Stiliconis *Cam Isc* ‖ 1 Dic : hc *Pa.c. F₆ K* ‖ mea (*Vgo Cam*) : mihi *F₃ haut Isc* ‖ tanto cur tempore *Fl R Vgo Cam Isc* : cur tanto tempore *J* cur tantum in tempore *CL₁ F₃P* cur tantum in tempora *L₁ K V₄* cur tantum interprete *F₆* ‖ 2 serto *Pp.c.* ‖ redimire : -ere *P* ‖ 3 Vile : Vide *Pa.c.* Vade *Pp.c.* ‖ solitam : -um *L₁ PL₃ V₄* ‖ 4 Et : Aut *R Cam Isc* ‖ 6 si/yrius : sicius *Pa.c.* ‖ 7 sed : si *L₁ F₃F₆* ‖ 8 Permessius *RK exc. Gyr. Vgo Cam Isc* : -mes(s)i/ydos *cett. mei* parnasidos *Fl* ‖ educat : estuat *J* ‖ 9 pascuntur : -antur *L₁ F₆* ‖ apes : aues *L₁* ‖ 10 seclis : *om. Ka.c.* sedes *V₄* ‖ mella : -e *Cam a.c.* ‖ 11 Dignius : -nus *R* ‖ an : ani *R* aut *Vgo* haud *exc. Gyr. Cam Isc* ‖ alios : -us *R*

morte tua, mox aetherias euectus in auras
purgata repetens laetum tellure parentem :
Augustum ſoueas, ſestis ut saepe diebus
annua sinceri celebret ieiunia sacri.

## 33-39 [DE CRYSTALLO]

Possedit glacies naturae signa prioris
   et fit parte lapis, frigora parte negat.
Sollers lusit hiems inperfectoque rigore
   nobilior uiuis gemma tumescit aquis.

### [34]

Lymphae, quae tegitis cognato carcere lymphas
   et quae nunc estis quaeque fuistis aquae,
quod uos ingenium iunxit ? Qua frigoris arte
   torpuit et maduit prodigiosa silex ?

18 aetherias *Fl V* : (a)ethereas *cett. mei* ‖ 19 purgata : -am $F_2$-$F_6$ -o $V_4$ ‖ repetens : -tis *C Cui Can* ‖ l(a)etum *J RK LV*, *V*, *Cam Ise* : -a *cett. mei* ‖ tellure *Cui* : te haec *cett. mei* ‖ 20-21 da precor aeternas detersus sordibus arces / conscendam uitaque fruar ſoelicis olympi *substituit Can*

33-39 *Fl CJL*, *F*, *PL*, $F_6$ *RK* $V_4$
*Tit.* de cry/stallo *C Pmg m.r.* $K_{m}$ $V_4$ *exc. Gyr. Cam Ise* de cristallo cui aqua inerat *Fl* de cristallo lapide in quo ingelata latebat aqua *R* incipiunt epigrammata claudiani $F_2$*m.a.* epigrammata ornatissima Claudiani *F m.r.* sine titulo $L_1$ Scias uero in uetere et optimo [= *Cui*] septem esse de chr. epigrammata hactenus indiuisa *Cla* ‖ 1-4 *om.* $F_6$ ‖ 1 Possedit : Jossedit *P K* As- *C* $F_2$ *Cam* ‖ 2 Et fit *Fl JL*, $L_3$ *RK* $V_4$ : Et sit *C P exc. Gyr.* qu(a)e fit $F_2$ *Vgo Cam Ise* ‖ lapis : gelu *Cam* ‖ 3 Sollers : Soles *Cam* ‖ 4 uiuis (*exc. Gyr.*) : mitis $F_3$ ?*Pa.c.* *Vgo Cam* mistus *Cui* nitidis *Pp.c.* ‖

[34] *Tit.* aliter *Rmg.* De eodem *Cam Ise* non sunt diuisa a superiore in antiquo *exc. Gyr.* ‖ 5 [1] ly/mph/(a)e *Fl C* $F_2$*Pa.l.* *RK Vgo Ise* : nyh- *JL*, *Pp.c.* *L*, $V_4$ *Cui* ly/mph(a)e *Pa.c.* $F_6$ *Cam* ‖ tegitis : tetigis *C* $V_4$ ‖ carcere *RK* : corpore *cett. mei* ‖ ly/mph/fas : ni- *K* ‖ 7 [3] iunxit : uinxit *C*

Quis tepor inclusus securas uindicat undas?
  Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus claustris arcano mobilis aestu
  uel concreta fuit uel resoluta gelu?

[35]

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
  sumebat nimio iam pretiosa gelu
nec potuit toto mentiri corpore gemmam,
  sed medio mansit proditor orbe latex.
Auctus honor, liquidi crescunt miracula saxi,
  et conseruatae plus meruistis aquae.

[36]

Aspice porrectam splendenti fragmine uenam,
  qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Borean nec brumam sentit opacus
  umor, sed uarias itque reditque uias.
Non illum constrinxit hiems, non Sirius ardens,
  aetatis spatium non tenuauit edax.

9 [5] inclusus : -is $F_6$ ‖ securas : -us *Ja.c.* ‖ uindicat *RK* : uen- *cett. mei* ‖ 11 [7] mobilis *RK* : no- *cett. mei* ‖ 12 [8] concreta : concereta *Pa.c.* ‖ fuit : finit $F_6$ ‖

*[35] Tit.* aliter *Ring* ‖ 13-14 [1-2] *om. Cam* ‖ 13 [1] Solibus : ]olibus *K* ‖ 15 [3] gemm(m)am : -as *RK* ‖ 16 [4] latex *bis Pa.c.* ‖ 17 [5] Auctus *Fl J* $L_6$ *R* $V_4$ *Ise* : Actus *C*$L_1$ $F_3$*P*$F_6$ *K Vgo Cam* ‖ saxi *om. R* ‖ 18 [6] conseruat(a)e : conseruari *Pp.c.* conseruare *Pa.c.* ‖

*[36] Tit.* aliter *Ring* ‖ 19 [1] porrectam *RK* : cor- *C*$L_1$ correptam *Pp.c.* *cett. mei* ceorreptam *Pp.c.* ‖ 20 [2] qua : que $F_3$ ‖ 21 [3] nullum : -am *Pa.c.* ‖ Borean *R* : -am *cett. mei* ‖ 22 [4] uarias : ua- *Pa.c.* ‖ it- : ut- *Pa.c.* ‖ 23 [5] c(o)nstrinxit : -struxit *C* -stringit *RK* ‖ non : nec $L_6$ ‖ ardens *J R* : axis *Fl C* $L_1$ $F_3$*PL* $F_6$ $V_4$ *Vgo Cam Ise*

## [37]

Clauditur immunis conuexo tegmine riuus
  duratisque uagus fons operitur aquis.
Nonne uides propriis ut spumet gemma lacunis
  et refluos ducant pocula uiua sinus
udaque pingatur radiis obstantibus Iris,
  secretas hiemes sollicitante die ?
Mira silex mirusque latex, et flumina uincit
  et lapides merito, quod fluit et lapis est.

## [38]

Dum crystalla puer contingere lubrica gaudet
  et gelidum tenero pollice uersat onus,
uidit perspicuo deprensas marmore lymphas,
  dura quibus solis parcere nouit hiems,
et siccum relegens labris sitientibus orbem
  inrita quaesitis oscula fixit aquis.

*[37] Tit.* aliter *Rmg* ‖ 25 [1] conuexo : contexo *Ja.c.* ‖ riuus : -is *$F_2$a.c.* ‖ 26 [2] fons *$F_2$p.c.* ‖ operitur : a- *$F_3F_6$* ‖ aquis : -as *J* ‖ 27 [3] gemma *om. P* ‖ lacunis : lactinis *P* ‖ 28 [4] refluos ducant : -uus ducat *$F_6$* ‖ uiua *ex. G p.c.* : uina *C F $F_1$ $L_4$ Vgo Cam* bina *huni Ise* ‖ sinus : suis *$V_4$a.c.* ‖ 29 [5] Vda- : Vnda- *L. $F_6$* K ‖ 30 [6] secretas : -is *$F_6$* ‖ hiemes : -e *Fl* ‖ sollicitante : sollicite *F a.c.* ‖ die : diem *$L_4$ Pa.c.* ‖ 31 [7] et *R* : quo *$F_2$* qui *cett. mei* ‖ 32 [8] Et lapides merito *K* (E *in ras.*) : Sed l. m. *R* Et lapis est merito *cett. mei* ‖ et lapis est : estque silex *Cui* ‖

*[38] Tit.* aliter *Rmg* ‖ 33 [1] Dum *in spat. rel. suppl. Rm.r.* ‖ lubrica : ru- *Fl* lurida *R* ‖ 34 [2] Et gelidum : *post spat. rel.* elidum *R corr.* Helidum *Rm.r.* ‖ 35 [3] Vidit : *om. R suppl.* aspice *Rm.r.* ‖ deprensas *Fl J* : depr(a)ehensas *R Vgo Cam Ise* deprensa *C* deprense *$F_6$* deprenso *$L_3$ $F_2PL_1$ K* deprensis *$V_4$* ‖ lymph/fas *Fl J Rp.c.m.r.* : lymfae *Ra.c.* nymphas *Vgo Cam huni Ise* merces *Pa.l.* mercis *C $PL_1F_6$ $V_4$* mencis *$L_3$* mentis *$F_2$* inertis *K* ‖ 36 [4] Dura : *om.* Dur *spat. rel. R suppl.* Seu *Rm.r.* ‖ parcere : spargere *Fl* ‖ hiems : homines *Pa.c.* ‖ 37 [5] Et sic *om. R spat. rel.* ‖ siccum : succum *$F_6$ $V_4$* ‖ relegens : reli- *Cam* ‖ sit/cientibus : siccentibus *Pa.c. ante* sicientibus *del.* se *K* ‖ 38 [6] I(n)rita qu(a)esitis : *post spat. rel.* itaque sitis *R* ‖ fixit *R* : figit *cett. mei* ‖ explicit de cristallo *R*

[39]

Marmoreum ne sperne globum : spectacula transit
regia nec Rubro uilior iste mari.
Informis glacies, saxum rude, nulla figurae
gratia, sed raras inter habetur opes.

## 40 [EPISTVLA AD OLYBRIVM]

Quid rear, adfatus quod non mihi dirigis ullos
nec redit alterno pollice ducta salus ?
Scribendine labor ? Sed quae tam prona facultas,
carmina seu fundis seu Cicerone tonas ?
Cedere diuitiis animi fortuna fatetur
et tantas oris copia uincit opes.
An rarus qui scripta ferat ? Quin tempore nullo
cessant Flaminiae puluerulenta uiae.
Cum fluat ingenium, cum sit qui dicta reportet,
quae, nisi contemnor, causa relicta tibi ?

*[39] Tit.* aliter *Rmg (inter c. min. 35 et 36 RK)* ‖ 39 [1] Marmoreum : Iarmoreum K ‖ ne *Fl J R* : nec *CL₂ F₂PL₃F₄ V₄ Vgo Cam Ise* ‖ transit *om. R add. Km.a.* ‖ 40 [2] Regia : Regna *Pa.c.* ‖ 41 [3] figurae *om. F₄*

40 *Fl CJL₃ F₂PL₃F₆ V⁴ RK V₄*
*Tit.* epistu(o)la ad olymbrium *C L₃ R K_om V₄ exc. Gyr Ise* epistula ad dolibrium *Fl e.* ad olybrium consolem *V⁴* Epistola ad Olibrium consulem ut sibi scribat *Cam* ad olybrium *Pmg.m.r.* ‖ 1 a(d)fatus : afatus *Pa.c.* adfastu *V⁴a.c.* adfastum *V⁴p.c.* ‖ non *om. Fl* ‖ dirigis : de- *P* ‖ ullos : -o *V⁴ om. P suppl.* ultro *m.a. in spat. rel.* ‖ 2 redit : -is *Ca.c.* ‖ 3 Scribendine : -tine *Ca.c.* -diue *J* -di *R* -ti *K* ‖ labor : l. est *RK* ‖ tam : nam *F₆* ‖ 4 seu² : ceu *P* ‖ cicerone : -na *Fl* ‖ tonas : -mas *Pa.c.* ‖ 5 Cedere : Cre- *F₂* ‖ diuitiis : -tus *C* ‖ 6 copia : -as *F₃a.c.* ‖ 7 scripta (*Cam mg. Ise mg.*) : sceptra *Cam Ise* ‖ ferat : fegat *Ka.c.* ‖ 8 Cessant : Cessant d *K* ‖ flaminiae *Fl* : flam(m)ine(a)e *cett. mei* ‖ 9 Cum fluat : Confluat *F₂ V₄* ‖ ingenium : imperium *F₂a.c.* ‖ sit : sin *V⁴a.c.* ‖ qui dicta reportet : quid causa retorpet *F₃* ‖ 10 tibi : ciui *Fl* mihi *Ka.c.*

## 51 [IN SPHAERAM ARCHIMEDIS]

Iuppiter in paruo cum cerneret aethera uitro,
risit et ad superos talia dicta dedit :
« Huc[c]ine mortalis progressa potentia curae ?
Iam meus in fragili luditur orbe labor ?
Iura poli rerumque fidem legesque deorum
ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus uariis famulatur spiritus astris
et uiuum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum,
et simulata nouo Cynthia mense redit.
Iamque suum uoluens audax industria mundum
gaudet et humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror ?
Aemula naturae parua reperta manus ».

51 *Fl CJL₃ F₂PL₄F₆ V⁴ RK V₄*
*Tit.* in sphaeram archimedis *V⁴ Cam Isc* in speram a. *Fl* infera a. *C* de sphaera a. *Pm.r.* de spera *R* De spera archimenidis *K*ₘₑ de spera achimenidis *L₄* de petra Archimedis *V₄* ‖ 2 ad : a *V⁴a.c.* ‖ dicta : uerba *L₃* ‖ 3 Huccine *cett. mei* Huncine *V⁴* ‖ 5 Iura : Iara *V⁴a.c.* ‖ fidem : -es *RK* ‖ leges- *Fl V⁴ RK Cam* : legem- *cett. mei* ‖ deorum *J V⁴ RK* : uir- *cett. mei* ‖ 7 famulatur : stum- *L₃* ‖ spiritus : specie *F₂* (*F₆* ?) ‖ astris : antris *L₃L₄ V₄* aeris *L₄ P* ‖ 8 urget : -guet *Fl V⁴* ‖ 9 mentitus : -tius *V⁴a.c.* -titur (*L₃F₂L₄*) *Vgo Cam* haut *Isc* metitur *exc. Gyr. Cam mg. Isc mg.* ‖ annum : anum *C* ‖ 10 nouo : nou *J* (?) ‖ 11 Iam- : Nam- *R* ‖ uoluens : uolens *Pa.c. V⁴* ‖ mundum *add. Rm.r. in spat. rel.* ‖ 12 regit *Fl Pp.c. L₄ V⁴ V₄ Isc* : redit *CJL₃ F₂Pa.c. F₆ K Vgo Cam notat Rm.r.* retractat *R* ‖ 13 Quid : Qui *CL₃ F₂PL₄ V₄* ‖ insontem : -te *V⁴* ‖ salmonea miror *F₂F₆ V⁴ Rp.c.Kp.c. V₄ Vgo Cam Isc* : salmonea *R, suppl.* miror *m.r. in spat. rel.* salam- m. *C* salom- m. *JL₃ P Ka.c.* salonea m. *L₄* salmona motemur *exc. Gyr.* ("in antiquo") natura motemur *Fl* ‖ 14 reperta : repente *V⁴* ‖ manus (*Rp.c. suppl.* us *m.r. in spat. rel.*) : -na *L₄*